

[P]rovidentie convenit discretorum, in quantum possunt, pericula sibi
 VIII, IX, X iminencia precavere et hoc est, quod tangit sapiens dicens: *Tunc tua res
 agitur, paries cum proximus ardet* ²⁾). Auctoritate huius doctrine vestros
 animos intendimus excitare, ut una nobiscum violentis ^{a)} iniuriis resistere
 cupiatis, quas ^{b)} tam nobis quam vobis temere infecit dominus Adolfus,
 qui se regem asserit Romanorum, nos autem estimamus ipsum destruc-
 torem populorum. Si ergo nobis astabitis, sicut de vobis presumimus
 VIII, XI, XX fideliter et constanter, ipsum cum suis complicitibus de terra nostra fuga-
 bimus tanquam canem. Si vero in hoc concordēs non fuerimus, tunc
 I, VIII vos, quamvis invitōs ^{c)}, oportet ^{d)} sue gracie reformari ^{e)} et tunc vide-
 bitis, qualiter contra vos et vestros pauperes se disponat.

XX (36, fol. 45^v)

Dietrich gibt eine zusagende Antwort.

Anfang 1298.

[Q]ui multos contempnit, a multis non inmerito contempnetur. Hinc
 est, quod nos scientes a domino Adolfo, qui se regem Romanorum
 asserebat, nos contemptos ^{a)} in eo, quod non solum sui famuli, sed ser-
 vorum laterenses ^{b)}, famelici et vilissimi non equites, immo ^{c)} pedites
 intrant cottidie nostras villas ibique sanctitati locorum non parcut, sed
 de ecclesiis et cimiteriis bona pauperum defferunt violenter ipsos pau-
 peres occidentes et, quod peius est, ipsorum mulieres legitimas stupro
 turpissimo polluentes, et ipsorum vili temeritati ^{d)} nullus nostrum ^{e)}
 resistere fuit ausus. Unde vestris visis litteris animo ^{f)} valde magno
 exultamus ^{g)} pro eo, ut vos ^{h)} contra predictorum seviciam propugna-
 torem habere possumus et tutorem, scientes, quod nos ⁱ⁾ eciam tantam ^{k)}
 fortitudinem ^{l)} habere volumus, quod predictum dominum suosque viles
 VIII, XI, XIX complices de terminis Austrie cum magna verecundia irredituros ^{m)}
 fugere oportebit.

XXI (39, fol. 46^r)

*Untertanen bitten Heinrich von Nassau (?) um Hilfe gegen die Mark-
 grafen Friedrich von Meißen ¹⁾ und Dietrich von der Lausitz ²⁾.*

Frühjahr 1298.

a) violenciis b) quatenus c) invitus d) oportet *durchgestrichen*, opponeret
 e) reforari

2) Horaz, Ep. I, 18, 84.

XX. a) contemptus b) licirenenses c) inmo d) temeritate e) vestrum
 f) ams mit Kürzungsstrich g) exultemus h) nos i) nobis k) tanta l) forti-
 tudine m) sonst nicht belegt